

1636 - Drusius, Job

Joannes Drusius or Johannes Van den Driesche, 1550-1616

- 1636 Nova versio et scholia in Iobum, conscripta auspiciis & sumptibus ill. praepotentumque ordd. generalium provinciarum foederatorum. Opus posthumum. Amstelodami: sumtibus Joh. Janssonii, typis Frederici Heynsii, Typogr. in Acad. Franekerana, pp. [i-xii], 1-961, [1-55]; 4to. - The work was edited by Bernhardus Fullenius Jr. (1640-1707).

Latin text from edition of Amsterdam, 1636

[1636: 881]

Iob 39.9 An volet unicornis servire tibi, si pernoctabit ad praesepe tuum.

Unicornis] Monoceros. Sic Graeci LXX μονοκερως. Sed Aquila ρινοκερως, quem Hiero. secutus vertit rhinoceros. Sunt animalia diversa. Rhinoceros cornu habet in naribus non adeo altum, unde nomen. Hunc mansuefieri posse scribunt. Monoceros unicum habet cornu sed altum, unde appellatio eius.

Praeterea hoc animal mansuefieri nequit, ut nec vivum capi. Quâ de re consulendae sunt historiae animalium. In Th. [Hebrew] ext, quod potius monocerotem quam rhinocerotem designat. Nam eadem ratio etymi [Hebrew] dages habent quaedam exemplaria, quod tamen â plerisque abest, etiam ab editio veneta secunda. Sed hic esse potest propter Athemerahic. Vide Mercerum.

CL. V.
IOH. DRUSII
NOVA VERSIO ET SCHOLIA
IN
I O B V M,

Conscripta auspiciis & sumptibus Ill. Præpo-
tentumque Ordd. Generalium Provinciarum
Fœderatarum.

OPUS POSTHVMVM,

Nunquam ante editum,

*Cui adiectus est Authorum librorumque catalogus
cum indice triplici.*



AMSTELODAMI,

Sumptibus IOH. IANSSONII Bibliopolæ;
ANNO cId Idc XXXVI.

Typis Frederici Heynsii Typographi in Acad. Franeckerana,

Post omne virens inquiri] quærit omnem herbam vi-
rentem ad pabulum. וְיִזְכֹּר virens, viride, quicquid viret.
Herba virens alibi dicitur *viriditas herba*, quasi per hy-
pallagen.

Unicornis] monoceros. Sic Græci Lxx. μονόκερος. Sed Aquila *ῥινόκερος*, quem Hiero. secutus vertit *rhinoceros*. Sunt animalia diversa. Rhinoceros cornu habet in naribus non adeò altum, unde nomen. Hunc mansuefieri posse scribunt. Monoceros unicum habet cornu sed altum, unde appellatio ejus. Siquidem *רִאם* & *רִאם* / unde *רִאם* / & *רִאם* dicitur à *רִאם* / quod altum esse significat. Præterea hoc animal mansuefieri nequit, ut nec vivum capi. Quà de re consulendæ sunt historiæ animalium. In Th. *רִאם* est, quod potius monocerotem quàm rhinocerotem designat. Nam eadem ratio etymi. In *דגים* habent quædam exemplaria, quod tamen à plerisque abest, etiam ab editione Veneta secunda. Sed hîc esse potest propter Athemerahic. Vide Mercerum.

Ad praeſep̄ tuum] ita Hiero. Sed & Lxx. *ἡν φάτις* σσ. Sanè in plerisque codicibus אבוס abſque Jod. Santes tamen ſecutus eos, qui legerunt אבוס cum Jod. Nam vertit, *ad praeſep̄ia tua*. Ut ut ſit, non eſt ex abſoluto אבוס / quod ſua puncta non mutat, ſed ex אבוס formæ אבול / terminus. Dixi אבוס non mutare ſuas vocales. Liqueſcit ex Jeſ. 1. ubi אבוס בעלי in regimine. Dixi רים unicornem eſſe. Adverſari videtur locus, qui eſt Deut. 33. 17. *cornua ejus cor-*

Тсссс *пнаипи-*

cornua unicornis : ubi plura cornua ei tribuere videtur. Respondeo singularem ibi positum esse pro numero multitudinis, ut sit *unicornus* pro *unicornium*. Sic *arbor* ponitur pro arboribus, *rana* pro ranis : *locusta* pro locustis, & alia sexcenta.

10. An ligabis unicornem in porca fune suo, si occabit valles post te?

Ligabis] vincies, δήσεις.

Unicornem] μονοκέρωτα.

In porca] prius erat, *in sulco*. Sulcus propriè lacuna vomere facta : $\square\lambda\eta$ autem est terra inter duos sulcos elata, quam porcam appellant, vel quod frumenta porrigat, vel quòd aquam porro arceat. Hiero. *ad arandum*. Lxx. $\epsilon\iota\mu\alpha\sigma\iota$.i. loris. Thargum, *in porca lori sui* .i. in porca, ubi alligetur suo fune. Sed quid? an monoceros funem habet peculiarem? fortè Vau in וְבַי paragogicum est, quale in בְּנֵי filius. Aut *fune suo* dicit, qui tuus ipsius erit, cùm eo vincietur, & ligabitur. וְבַי propriè funis densus & crassus, cujusmodi est lorum, quo boves aut equi ad aratrum ligantur. R. Levi filius Gerson interpretatur, *Num ligabis unicornem in sulco lorum ejus?* probarem, si constaret וְבַי nomen fœmininum esse : cujus pluralis וְבַיִם & וְבַיִת utroque genere. וְבַיִם non tantum de funibus dicitur, sed etiam de frondibus, unde וְבַיִם יָרֵךְ arbor densa, $\xi\acute{\upsilon}\lambda\omicron\nu\delta\acute{\alpha}\sigma\upsilon$, ut interpretantur Lxx. cujus rami tegunt lignum ejus. Sic myrtum circumloquuntur .i. דְּרֵי . Liber præceptorum major 120. 4. & misar 67. 1. Fortè species est myrti, quam Plinius exoticam appellat, quam variis frondium ordinibus constare scribit.

Si occabit] Occare est glebas frangere, aut comminuerè, quod Græci dicunt $\beta\omega\lambda\omicron\nu\omicron\pi\acute{\alpha}\iota\nu$, Ebræi verò דָּרַשׁ cum puncto in lævo cornu. Cave confundas cum דָּרַשׁ / va-sto, quod

sto, quod punctum gerit in dextero cornu. Habetur hoc verbum Hos. 10. 11. יִשְׁדֹּד לוֹ, Hiero. *confringet sibi sulcos*: & alius, *occabit sibi*. Scholia Ebraica, הַמְשִׁידֵר / *qui occat, ipse est*, *qui contundit glebas post aratorem ad complanandam & aequandam faciem terræ, quod aptiorem eam reddat ad sationem.*

Valles] non porcas, sed sulcos potius intelligit, hoc est, lacunas illas, quas vomere faciunt, quæ speciem habent vallium, ut porcæ montium. Sanè inter porcas sunt sulci, quod inter montes sunt valles. Nam aqua omnis descendit in eos. Hiero. hîc edidit, *confringet glebas vallium post te*. Nam etiam in vallibus aratur & sulci ducuntur. Thargum hîc habet מְלִמְתֵּי / quod colles interpretantur. Id Ebræa vox nunquam, quod sciam, significat. Gen. 49. 12. in Jon. גּוֹלְמִתֵּי / & in Jerosolymitano גּוֹלְמִתֵּי / ubi Oncelos edidit בְּקִעְתֵּי / quod Fagius reddit, *campi ejus*.

Post te] ac si arator fuisset Job. Nam occatio post arationem. Priùs arant, postea occant, & glebas confringunt. Lxx. ἐν πεδίῳ, in campo. Sed alia lectio ἐν ποδί, in pede. Neutrum quadrat cum veritate Ebraica.

11. An fides ei, quia multum est robur ejus, & derelinques ei laborem tuum?

Fides ei] confides in eo, quod Græci dixerunt πίπεις ἐν αὐτῷ. An, inquit, confidis ipsum opus tuum in agro facturum, hoc est, aut araturum aut octurum post te?

Quia multum est robur ejus] nam qui robore valent, ad opera rustica facienda maximè idonei sunt, si natura cum eorum robore consenserit. Non omnibus omnia conveniunt. Hiero. *Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus?* Lxx. ὅτι πολλὴ ἡ ἰσχύς αὐτοῦ: quod reddunt, *quia multa est virtus ejus*. Et fortitudo & virtus etiam apud classici autores pro robore usurpantur. Alioqui fortitudo animi est, & robur corporis. Virtus autem,

T t t t 2

quam